UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Seuerino boetio martyre. Cap[itulum]. xcix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ceſſaria miniſtrauit. Cum autem prefectus ale-
xandrie predictos viros domini cum quibuſ-
dam epiſcopis paleſtinam in exilium mitteret
Melania in habitu viri eos ſecuta eſt. Quod
audiens conſularis paleſtine: vt eam terreret:
in carcerem miſit: ſed eius nobilitatem compe
riens: eam protinus relaxauit: deditqꝫ ei licen-
tiam: vt quocunqꝫ vellet ad ſanctos pergeret
viſitandos. Illis vero ab exilio reuocatis mela-
nia hieroſolyme remanſit: habens ſecum ru-
finum aquileie preſbyterum: per cuius ma-
nus ipſa epiſcopis ꝛ clericis ac peregrinis de
ſuis facultatibus miniſtrabat: ꝛ in talibus ope
ribus per annos. xxvij. pſeuerauit. Cuius ſan
ctis orationibus filius eius vrbanus in ſancti-
tate creuit: ꝛ nobiles nuptias cōtrahens: duos
filios catholicos ꝛ deuotos ꝓcreauit: qui etiā
matri ſue plura dona mittebat: vt ſanctis ele-
moſynis vberius inſiſterent. Hec apud hieru-
ſalem monaſterium conſtruxit: in quo virgines
L. deo ſeruientes poſuit: in quo ꝛ ipſa etatis ſue
anno. xlix. in pace requieuit.

¶ De ſancta Melania iuniore. Cap. xcv.

Melania iu
nior cuius predi
cta melania fuit
auia: prefati vrba
ni pretoris exti-
tit filia in vrbe roma procrea-
ta. Que cum inuita a parenti
bus nuptui tradita fuiſſet: et
duos filios quos genuerat:
nece admiſiſſet: cepit pulſare
virum de caſtitate ſeruanda: aut de licentia
peregrinandi ſibi concedenda. Qui licet diu-
tius recuſaſſet: licentiam tandem deo inſpirā-
te conceſſit: ꝛ omnes veſtes ſericas in pallia al
tarium dedit: reliquas per eccleſiarum ornamē
ta diſtribuit: aurum omne ſuum ꝛ argentuꝫ per
manus pauli preſbyteri diſcurrentis continue
per egyptum thebaidē antiochiam: paleſtinā:
hieroſolymā: ꝛ alia loca ſancta: deſtinauit: ſer-
uos ꝛ ancillas manumiſit: poſſeſſionibus plu-
ribus venditis precium pauperibus diuiſit: ce
teras in ſubſidium monaſteriorū retinuit. Sic-
qꝫ per vxorem conuerſus in virum alterum mu
tatus: mira penitentia ſe affligebat: ꝛ poſt alte
rum diem ſemper cibum ſumebat. ¶ Melania
vero in poſſeſſionibus ſuis cenobium conſtruxit
vbi cum. xv. eunuchis et. xl. virginibus et aliis
ancillis ſuis libertati traditis deo ſeruiuit. Pa-
rem quoqꝫ vir ſuus cum. xxx. monachis vitam
duxit: vterqꝫ ipſorum ieiuniis: lectionibus: et
orationibus vacans. Sicqꝫ ſancta dei melania
bone auie imitatrix effecta: plena virtutibus
in pace quieuit.

¶ De ſanctis munſſione ꝛ eledia vir
ginibus ꝛ martyribus. Cap. xcvi

Muniſſio ꝛ eledia vir
gines ꝛ martyres apud ciuita
tem oſtiam paſſe ſunt: que pro
confeſſione chriſti diuturna cu
ſtodia macerate: atqꝫ deinde
capitali ſententia punite: pre-
cioſum martyrium celebrarunt. xi. kalēdas no
uembris: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Seruando ꝛ Germa
no martyribus. Cap. xcvij.

Seruād⁹
ꝛ german⁹ mar
tyres apud hi-
ſpaniam paſſi
ſunt ſub preſi-
de viatore: qui poſt dira ver-
bera ꝛ ſqualorem carcerum: ꝛ
ſitis ac famis iniuriam: ꝛ lon
giſſimi itineris laborem: quē
onuſti ferro iubente eodem
preſide pertuleret. Nouiſſime martyrii ſui cur-
ſum gladio ceſis ceruicibus impleuerunt: ex
quibus germanus apud emeritam ciuitatem
iuxta beatā eulaliam ſepultus eſt. Seruandus
vero apud hiſpalēſe oppidū iuxta ſanctas Iuſtā
ꝛ Rufinam conditus eſt. Paſſi ſunt autem ſan
cti martyres decimo kalendas nouembris.

¶ De ſancto Seuerino epiſcopo
ꝛ confeſſore. Cap. xcviij.

Seueri-
nus epiſcop⁹
colonienſ. apd
ipſam ciuita-
tem claruit.
Qui effrate
cuidā heretico ſucceſſit. Naꝫ
vt ſcribit in geſtis ſancti ſer
uatii: de quo ſupra actum eſt
iij. idus maij: dum ei reuela-
ta fuiſſet deſtructio vrbis treugrenſis ꝛ prelati
ac principes ipſum romam pro legatione deſti
narent. Reſpondit ſeruatius: iter non eſſe tu-
tum: niſi effrata hereticus ab epiſcopatu depo
neretur. Ilico congregata ſynodo epiſcopo-
rum apud coloniam agrippinam: effrata he-
reticus iudicio ſynodi condemnatus deponi-
tur: ꝛ ſeuerinus ordinatur. Dum autem ſerua-
tius rediret ab vrbe apud coloniam a ſeuerino
ſuſceptus eſt. qui dum nocte oraret: ſeuerinus
colonam ignis ſuper caput eius aſpexit: que
paulatim vſqꝫ ad ſe venit: in quo loco ſeuerin⁹
eccleſiam edificauit: quam ꝛ portam celi appel
lauit. Quieuit autem ſanctus ſeuerinus in do-
mino. x. kalendas nouembris.

¶ De ſancto Seuerino boetio
martyre. Cap. xcix.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Seuerin⁹ martyr q̄ ⁊ boe tius pro verita te interfectus ſub iſto nomīe in catalogo martyrū ſcribiť: dictus ſeuerinus a ſeueritatate iudiciorū. Hic vt dicit Si gibert⁹: gener fuit ſymmachi patricij vir nobilis romanus vir conſularis ꝯſpicuus: mira lingue eruditione politus: ⁊ liberalium artium quas pene om nes a greco in latinū trāſtulit plenius erudit⁹: cuius vxor helphes nomine rhetorica ſciētia in ſignis: hymnos apoſtolorū Felix per omnes. et Aurea luce. cōpoſuit. Hic tēpore theodorici re gis longobardorum: qui fuit imperāte zenone cir ca annū domini quadringenteſimūſeptuageſimūſextum dum dicto regi rēpublicam inuadēti boetius reſtitiſſet: apud eum dolo accuſatus cū pluribus alijs proſcriptus ⁊ ī exiliū miſſus eſt. Inde reductus papie incarceratus eſt: vbi librū de philoſophica cōſolatione compilauit. Tandē ab eodē theodorico rege in carcere interfectus eſt anno dn̄i. ccccc xxi. x. kalen. nouēbris. Sepultuſq̄ in ipſa papieñ ciuitate in eccleſia ſancti petri ad celū aureum: vt martyr ab eccleſia digna veneratione celebrať. ¶ Hic phi loſophus eximius diuina et humana ſapientia pollens: multa nobis ingenij ſui documēta dereliq̄t. Scripſit enī libros de trinitate. De vnitate ⁊ vno. De ente ⁊ eſſentia. De duab⁹ naturis ⁊ vna ſuba xp̄i. De hebdomadibus. De cōſo latione ph̄ica lib. v. De ſcholaſtica diſciplina. Topicorum libros. Ariſtotelis libros q̄s habet bi bliotheca latina: oēs fere de greco in latinū cō uertit ſermonē. Scripſit ⁊ volumen de muſica. De arithmetica. Cathegoricorum: ſyllogiſmorum: ⁊ hypotheticorum. De deitate ad iohānem romane eccleſie diaconū. De electione primi parentis in reſtauratione humani generis p̄ incarnationem ⁊ paſſionez xp̄i. Aduerſus eutychianos ⁊ neſtorianos atq̄ azephalos de īcarnatiōe dn̄i. Itē cōtra arrianos: eunomianos: ⁊ apollinariſtas libros fortes: ⁊ eorum hereſim cōfutantes.

¶ De ſancto Theodorico presbytero ⁊ martyre. Cap. c.

Theodoricus presbi ⁊ martyr apud ātiochiā paſſus eſt tēpore iuliani apoſtate imperatoris ſub prefecto ⁊ auūculo ſuo iu liano. Cuz enī a p̄dicto prefe cto eccleſia antiochenorum ſpoliata eſſet: et chriſtiani vbiq̄ diſperſi fuiſſent. Hic in eccleſia permanſit intrepidus. Qui ab eo teneri iuſſus: poſt equuleū ⁊ m̄tros ac duriſſimos cru ciatus: etiā lampadibus circa latera inflamma tus eſt. Sed facul is diuina virtute reſtinctis: milites qui eas tenebant: angelorum aſpectui ter riti in faciez corruerunt. Cūq̄ p̄fectus quoſdā chriſtianos occultos illorū miniſteriū ſupplere iuberet: ⁊ illi hoc facere recuſarēt: prefectuſq̄ ipſos examinans chriſtianos repperiſſet: iuſſit eos in pelagus demergi. Quos ſanct⁹ martyr hortabatur vt ipſum ad gloriam precederent. Nouiſſime aūt dum iuliani apoſtate: quē apud perſidem diuina vltio puniuit interitum predi ceret: occaſione gladij martyrium conſumauit decimo kalendas nouembris.

¶ De ſanctis Felice epiſcopo ⁊ ſocijs martyribus. Cap. ci.

Felix epi ſcopus ciuitatis tubaboceñ. audax ⁊ ianua rius presbyteri. Fortunat⁹ ⁊ ſeptimus lectores tēporibus diocletiani imparoris ī venu ſia ciuitate apulie paſſi ſunt. Qui a quodam magnoliano curatore detenti: multis diebus vinculis ⁊ car ceribus in aphrica et in ſicilia macerati: tādem occaſione gladij martyrio coronati ſunt nono kalendas nouembris. Ex quibus felix epiſcopus annorum quinquagintaſex virgo et martyr ad chriſtum duplici cum palma migrauit. Quorum corpora intra carthaginenſem ciuita tem et viceñ. ſepulta ſunt.

¶ De ſctō Martino abbate. Cap. cij.

Martin⁹ abbas apud cāpaniā claruit tempore iuſtini iunioris augu ſti. Qui in monte maſſico ſolitariam vitaz duxit: multiſq̄ annis in ſpecu anguſtiſſimo incluſus fuit. Mox autē vt ſe in predicti mōtis foramine cōtulit: ex eadē pe tra aque ſtila prorupit: q̄ ſibi ⁊ in vſu quotidiano ſufficeret: ⁊ nec plus adeſſet: nec neceſſitati deeſſet. Quod antiquus hoſtis: vt eū ex ātro illo depelleret: amica ei beſtia ſerpēs igreſſus cepit in ſpelūca inueniri ſolus cū ſolo: coramte ſe ante illū ſternere: ⁊ cū cubante pariter cubare. Sz vir dei oīno īperterritus ei⁹ ori manū vel pedē extendebat: ſed ipſum tamē ſerpens percutere nō audebat. Et cū hoc quotidie per